Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Dominica vicesimaquarta S[e]c[undu]m Matheum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Visual Library

ille rogabat eum dicens: pati-
entiam habe in me ⁊ omnia
reddam tibi. añ. Patientiaꝫ
habe in me domine peccaui et
omnia reddam tibi. añ. Ser
ue nequam om̄e debitũ dimi-
ſi tibi quoniaꝫ rogaſti me. nõ-
ne ergo oportuit ⁊ te miſereri
conſerui tui ſicut et ego tui mi
ſertus ſum dicit dominus.

Dñica viceſimatertia. S. ma.

In illo tempe: Abeũtes
phariſei conſilium inie-
runt vt caperent ieſum in ſer-
mone. Et reliqua. **Omelia
venerabilis bede preſbyteri.**
Et obſeruantes miſerunt in-
ſidiatores qui ſe iuſtos ſimu-
larent vt caperent ieſum ĩ ſer-
mone et traderent eum princi
patui et poteſtati preſidis.
Querentes dominũ compre
hendere principes ſacerdotuꝫ
⁊ ſcribe timuerunt populũ at-
ꝗ ideo quod per ſe non pote-
rant preſidis manibus effice-
re temptabant: vt velut ipſi a
morte eius viderentur immu-
nes. Tu autẽ domie. **Le. viij.**
Nuper eni ſub ceſare Augu-
ſto iudea ſubiecta rhomanis
quando in toto orbe eſt cele-
brata deſcriptio ſtipendiaria
facta fuerat. Et erat in popu
lo magna ſeditio dicentibus
alijs pro ſecuritate ⁊ quiete.
quia rhomani pro omnibꝫ mi
litarent debere tributa perſol
ui. phariſeis vero qui ſibi ap-
plaudebant de iuſticia ecõtra
rio nitentibus non debere po
pulum dei qui decimas ſolue
ret aut primitiua daret ⁊ cete
ra que in lege ſcripta ſunt hu-
manis legibus ſubiacere. Tu
autẽ domine miſerere nobis.
Huius ſeditionis. **Lectõ. ix**
adeo fomes inualuit: vt poſt
domini paſſionem inſiſtenti-
bus ſibi rhomanis patriam:
gentem et regnum nobile illõ
cum ſua religione templũ im-
mo ipſam lucẽ perdere ꝙ tri-
buta pendere maluerunt. Tu
Fratres: Imitatores **Cap**
mei eſtote et obſeruate eos q̃
ita ambulant ſicut habetꝫ for
mam noſtram. Deo gratias.
Collecta. Deus refugiũ **vt s̄**
Ex euangelio añ. Abeuntes
phariſei conſilium inieruntvt
caperent ieſum in ſermone al-
leluia. **añ.** Magiſter ſcimus
quia verax es ⁊ viam dei ĩ ve-
ritate doces alleluia. **añ.** In
terrogatus a iudeis dominus
ſi licet cenſum dare ceſari. re-
ſpondit ieſus et dixit. reddite
ergo que ſunt ceſaris ceſari: et
que ſunt dei deo alleluia. **añ.**
Reddite ergo que ſunt ceſa-
ris ceſari ⁊ que ſunt di deo al-
leluia. **Dominica viceſima-
quarta Scõm Matheum.**
In il. t. Loquẽte ihu ad
turbas ecce pnceps vnꝰ

acceſſit et adorabat eū dicēs. dñe filia mea modo defuncta eſt. Et reliqua. Omelia bede

Accevir venit cui nomē erat Jairus. ⁊ ipē princeps ſynagoge erat. Priori lctōe quam de abiectione ſynagoge fideiqꝫ eccleſie atqꝫ iterū inſtauratione ſynagoge ſumus interp̄tati conſequēter archiſynagogi filia moriens ſubiungitur quam duꝫ ſuſcitare ꝓperat dominus preoccupat emorroiſſa mulier ſanitatem. fitqꝫ vt poſt veniens prior ſalute potiatur Tu autem domine. Lctō. viij.

Ethiopia eīm ꝑueniet manꝰ eius deo. ⁊ cum intrauerit plenitudo gentium tunc omnis iſrael ſaluꝰ fiet. Princeps itaqꝫ ſynagoge nullus melius ꝙ̄ ipē Moyſes intelligitur. Vn̄ bene Jairus id eſt illumināṡ ſiue illuminatus vocatur. qꝛ qui accipit verba vite dare nobis. ⁊ ꝑ hec ceteros illuminat ⁊ ipē a ſpū ſancto quo vitalia monita ſcribere vl̄ docere poſſit illuminatur. Tu. Lctō. ix.

Et cecidit ad pedes ieſu rogans eum vt intraret in domū eius. Si caput chriſti deꝰ: pedes eius conſequenter incarnatio qua terram noſtre mortalitatis tetigit accipiēdi ſūt. Cecidit igitur archiſynagogus ad pedes ieſu qꝛ legiſlator cum tota patruꝫ progenie chriſtum in carne apparenteꝫ longe ſibi dignitatis gloria ꝑferendum eſſe cognouit. Tu.

Fratres: Non ceſſamꝰ Ca. pro vobis orantes ⁊ poſtulantes vt impleamini agnitione voluntatis dei in om̄i ſciētia ⁊ intellectu ſpirituali. Deo g̃.

Collecta Deus refugiū nr̄m vt ſupra. Ex euāge. añ. Dicebat enim intra ſe: ſi tetigero fimbriam veſtimenti eius tm̄ ſalua ero. añ. Si tetigero fimbriam veſtimenti eius ſalua eſſe potero ab īfirmitate mea.

Dñica proxima ante aduentum domini. Scd̄m Johāné

In illo tempe: Cum ſubleuaſſet oculos ieſus ⁊ vidiſſet qꝛ multitudo maxima venit ad eum dicit ad philippum. Unde ememus panes vt manducent hi. Et reliqua

Omelia beati Auguſtini epī

Miracula que fecit dominꝰ noſter ieſus chriſtꝰ ſūt quideꝫ diuina opa ad itelligēdū deū de viſibilibꝫ ammonēt humanam mentē. Quia eīm ille nō eſt talis ſubſtantia que videri oculis poſſit: ⁊ miracula eiꝰ quibꝫ totū mundum regit vniuerſamqꝫ creaturam amminiſtrat: aſſiduitate viluerūt ita vt pene nemo digneꝛ attendere opera dei mira et ſtupenda in quolibet ſeminis grano: Scd̄m ipſaꝫ miſericordiā ſerꝫ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN